



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 118. Pax inter Ferdinandum Hungariæ Regem, & Solimanum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

nius Verancius Agriensis Episcopus, Sæc. XVI.  
Franciscus Zaia Christianæ classis ad A.C. 1552.  
Danubium Præfectus Vir linquarum peritia, ac longa rerum experientia longe clarissimus.

### §. CXVIII.

#### *Pax inter Ferdinandum Hungariæ Regem & Solimanum.*

Hungari prosperum pacis exitum spe- *Chalcond. p.*  
rabant opera Halis Turcici cubicu- *630.*  
*Tau. l. 10.*  
larii, qui Solimani jussu in Daciam Transalpinam venerat, ut Transylvaniæ Despotam cum rebellibus populis componeret: igitur eadem proponuntur conditiones, quæ a Joanne Rege olim acceptabantur, nec non idem promittebatur tributum, quod ab eo tum pendebatur, ad obtinendas tamen æquiores, magisque honestas conditiones, a Ferdinando Rege additum, ut Vesprimium, Drigalis, Bujacum, Lippa, Temesvaria, & Zalnocum redde-rentur. Hæc a Regni Proceribus inter Solimanum & Romanorum Regem acta fuere, non nominatis Ferdinando, aut Castaldo, eoquod id illi minime ad dignitatem suam pertinere existimarent. Firmatis hisce pactis Solimani Orator pluribus Christianis jure belli captis ultro libertatem restituit, quamvis antea nec

**Sæcul. XVI.** nec litro, nec commutatione aliorum,  
A.C. 1552. quos Ferdinandus in sua potestate ha-  
 buerat, redimi potuerint.

### §. CXIX.

*Ferdinandus ob Martinusii cædem &  
 nathemate a Papa percussus.*

*Thuan. l. 10.  
 Rayn. hoc  
 ann. n. 45.  
 & seq.* Sinistri ejusmodi armorum Successus  
 comprobare videbantur veritatem il-  
 lius præsigii, quo ex tragica Martinu-  
 si Cardinalis nece nonnisi novi in Regno

tumultus exorituri prædicebantur: cum  
 autem summus Pontifex judicii acta ob-  
 præfati Cardinalis cædem instructa tan-  
 dem finiri peteret, justa indignatione  
 accensus sanctiorem Patrum Senatum  
 coegit, totamque rei seriem maturius  
 discuti jussit, & quamvis de Austriacæ  
 Domus honore ageretur, hoc tamen  
 facinus adeo atrox videbatur, ut nihil  
 suum æquæ ultiōnis propositum retar-  
 dare posset: igitur præprimis Ferdinan-  
 do diem dicebat, ut Romæ suam cau-  
 fam defenderet: porro cum tam Romanorū  
 Regis, quam Cæsarī Fratris  
 sui Oratores caussam vehementer, fru-  
 stra tamen urgerent, Julius Papa eis  
 „hæc reposuit, si Martinusius Vir fuit tot  
 „sceleribus obnoxius, quare illum ad  
 „purpuram promoveri rogasti? cur  
 „Sacrum Collegium in ejus favorem

„tam